Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et docet. ut ostenderet quam facile possit sapientes facere
per sapientiam dei que interrena est. Erant autem in ierusalem habi
tantes iudei uiri religiosi. ex omni natione que sub celo est.
Conueniens puto perquirere quinam isti sunt. et ex qua captiuitate
iudei. quoniam quidem illa que in egypto fuerat. uel in babilonia
absoluta iam fuerat. romani autem non dum uenerant in cap
tiuitatem. licet iam et ipsa imminere ultrix commissi de sal
uatore piaculi. Super est ergo ut illa intellegatur captiuitas que sub
antiocho facta est. quod utique non multis ante temporibus accide
rat. Quoniam audiebat unusquisque lingua sua eos illos
loquentes. Queritur in hoc loco unusquisque audiebat linguis
suis loquentes eos magnalia dei. utrum hii qui loquebantur di
uersis sermonibus unius cuiusque linguae hoc quod dicebatur
proferebant. idem unusquisque eorum nec ac nunc alia lingua
loquens sic per omnia curreret. an in eo potius erat mira
bile. quod sermo eorum qui loquebantur qua ubi et lingua fuisset
pronuntiatus. unicuique audienti secundum suam linguam intel
ligebatur. ut uerbi gratia unoquocumque apostolo in ecclesia dicente.
necesse enim erat tacentibus reliquis unum loqui. et sermonem
unum ad auditum omnium peruenire. ipse sermo hanc in
se uim habe dns ret. ut cum diuersarum gentium auditores
essent. unusquisque secundum linguam suam illius ipsius unius
sermonis qui ab apostolo fuerat pronuntiatus susciperet au
ditum. et caperet intellectum. nisi forte secundum hoc
magnum uidebatur audiendum esse miraculum quam loquendum.
Et qui habitabant mesopotamiam iudeam et capadociam.
Iudeam in hoc loco non totam gentem. sed partem illius hoc est